



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXLIII. Markgraf Ludwig überläßt dem Thidekin Arnsberg, Bürger in Salzwedel, 1 Mark Silber jährlicher Renten aus Zietenitz dafür, daß er dem Conrad von Rydeburg ein Pferd bezahlt hat, am 3. Juni 1351.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

collegio Canonicorum regularium monasterii supradicti debeat sine nostri et heredum nostrorum obstaculo quolibet perpetuo pertinere. Etiam ob jugem et perennem — memoriam dedimus et presentibus donamus preposito et collegio Canonicorum — Molendinum in villa Perwer situm debite proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice possidendum. Renunciantes pro nobis — —. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero hujus sunt Nobilis vir Guntherus Comes de Swartzburgh et dominus in Spremberg, strenuique viri Dy-poldus Heel, Marschalcus noster, Wilhelmus Bombrecht, pincerna noster, Johannes pincerna de Vlechtingen, milites, Hempo de Knesebeck, Wernherus et Wernherus, Henricus et Henricus de Schulenborch, famuli, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in ciuitate nostra Soltwedel, anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, feria sexta ante diem B. Urbani.

Gercken's Dipl. I., 226—228.

CXLIII. Markgraf Ludwig überläßt dem Thidekin Arnberg, Bürger in Salzwedel, 1 Mark Silber jährlicher Renten aus Zietenitz dafür, daß er dem Conrad von Rydeburg ein Pferd bezahlt hat, am 3. Juni 1351.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie dux, Tirolis et Goricie comes, nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum aduocatus, dedimus, donauimus et presentibus damus et donamus discreto viro Thidekino dicto Arnberch, Ciuitatis nostre Soltwedel cini, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus vnam marcam argenti Brandenb. annuorum reddituum de quatuor mansis, in curiis Sytenitz situatis, nobis annuatim libere deriuantem, debite proprietatis tytulo pacifice possidendam, Sic quod eandem marcam annuorum reddituum nostro cum consensu vendere, donare seu legare poterint personis quibuscumque in dominio nostro residentibus, pro ipsorum beneplacito voluntatis. Pro qua quidem donatione dictus Thidekinus nostri nomine strennuo militi Cunrado de Rydeburg caballum, decem et octo marcas argento Brandenb. valentem beniuole erogauit. Renunciantes pro nobis et heredibus nostris omni iuri, accioni et impeticioni modo quo premittitur, que nobis in premissa marca argenti Brand. annuorum Reddituum competebant aut competere poterunt aliquo modo in futurum. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt strennui viri diepoldus hele, marschalcus noster, wilhelmus Bombrecht, pincerna noster, Bertholdus de Ebenhusen, Coquine nostre magister, milites, hempo de Kniesbek, heinricus wernherus longus et wernherus breuis et henrygus dicti de Schulenborg, Cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Ciuitate nostra Soltwedel, feria sexta ante festum penthecosten, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 17, No. 3.